

LIBER PRIMUS

LE CONFESIONS

I.

1. Magnus es, Domine, et laudabilis valde magna virtus tua et sapientiae tuae non est numerus et laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae, et homo circumferens mortalitatem suam, circumferens testimonium peccati sui et testimonium, quia superbis resistis : et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae. Tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Da mihi, Domine, scire et intellegere, utrum sit prius invocare te an laudare te et scire te prius sit an invocare te. Sed quis te invocat nesciens te ? aliud enim pro alio potest invocare nesciens. An potius invocaris, ut sciaris ? quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt ? aut quomodo credunt sine praedicante ? et laudabunt Dominum qui requirunt eum quaerentes enim inveniunt eum et inveniunt laudabunt eum. Quaeram te, Domine, invocans te et invocem te credens in te : praedicatus enim es nobis. Invocat te, Domine, fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem filii tui, per ministerium praedicatoris tui.

2.

2. Et quomodo invocabo Deum meum, Deum et Dominum meum, quoniam utique in me ipsum eum vocabo,

LIBRO PRIMO

[Nascita, infanzia e fanciullezza]

[INVOCAZIONE A DIO]

I.

1. Tu sei grande¹, Signore², e ben degno di lode ; grande è la tua virtù, e la tua sapienza incalcolabile³. E l'uomo vuole lodarti⁴, una particella del tuo creato, che si porta attorno il suo destino mortale, che si porta attorno la prova del suo peccato e la prova che tu resisti ai superbi⁵. Eppure l'uomo, una particella del tuo creato, vuole lodarti. Sei tu che lo stimoli⁶ a dilettarsi delle tue lodi⁷, perché ci hai fatti per te, e il nostro cuore non ha posa finché riposa in te⁸. Concedimi, Signore, di conoscere e capire se si deve prima invocarti o lodarti, prima conoscere oppure invocare. Ma come potrebbe invocarti chi non ti conosce ? Per ignoranza potrebbe invocare questo per quello. Dunque ti si deve piuttosto invocare per conoscere⁹ ? Ma come invocheranno colui, in cui non credettero ? E come credere, se prima nessuno dà l'annuncio¹⁰ ? Loderanno il Signore coloro che lo cercano, perché cercandolo lo trovano, e trovandolo lo loderanno¹¹. Che io ti cerchi, Signore, invocandoti, e t'invochi credendoti, perché il tuo annuncio ci è giunto. T'invoca, Signore, la mia fede, che mi hai dato e ispirato mediante il tuo Figlio fatto uomo¹², mediante l'opera del tuo annunziatore.

2.

2. Ma come invocare il mio Dio, il Dio mio Signore ? Invocarlo sarà comunque invitarlo dentro di me ; ma esiste